GEORGIUS SCRINIOLUS STIRUS

Gurk, 1. Drittel 16. Jh. Seite 24r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8290
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



deus, qui in hec crimina lentus quidem sed acerrimus olim
descendet iudex, hinc tempus interpellabit pro omnibus, et
quaenis mortalium acta vitasque ostendet sumpturus deus suppli-
cia pro iustitia, Praeterea adspitiones insaniam iudicis iniqui
et filiorum Adae negotia prorsus et ubique malitiae dedita
dixi, praebebit se olim deus falsorum iudicum spectatorem
et iudicem integrum, indicabitque illis nullam ipsos habituros
a pecoribus differentiam dum ita tyrannidem iustitiae loco iudices
in vulgum administrant, Credunt enim aequitatis falsarii
praefecti post hunc, quae brevis est, nullam inde aliam vitam
sequi, nec deum pro facinoribus nepharijs mulctas ex eis inquisi-
turum, clamant profecto et quidem impie, hominem prorsus
a pecore nihil differre, quod aequalis amborum et vitae linea
et exitus sit praedicant, addunt et hi qui domestici proximi
sunt iudices et consores hominem nihil habere maiestatis a bestijs,
moritur, aiunt, pecus et solus est homini mors, Proinde quicquid est,
murmurant, vanitati et corruptioni habent deditum, locumque veterem
et priorem homo et pecus repetunt, nimirum corpus aiunt e pulvere
revertitur in pulverem, De spiritu autem hominis qui plane nulli
corruptioni demittitur non iudicium proponunt sanum, Dubitant
enim quo sese argumento res post vitae exitum de anima habeat,
hinc dicunt, evanescit spiritus, et quo is se recipiat nemo
est qui perfecte id nos doceat, an ut res nobilior anima
hominis eminentiorem sibi deligat locum, nempe caelos inscendens, an
pecoris spiritus ad inferos demergitur, habent plures addunt,
quo rem praetexunt argumentum sed id qua ratione fulciunt
nemo est qui hoc non intelligit, Inter tot ergo fatuita-
tes disceptatas pro reverentia temporis satis multis verbis
longaque sententia ad haec modestius vobis hodie persuadere
possum, laetanter insumere labores, corporisque gentium non
defraudare, haec enim et sola omnium sudorum est extrema
portio, hereditasque, Nec est quod quisque multum sit sollicitus
de posteritate, incertus enim filiorum cadet exitus de multo
aere a parentib. relicto, qua vivendi via abligurient filij
prodigi quorum parentes vixerant tenacissime, Ratio quod filius

Dixi ergo in sede
meo super rebus
filiorum Adae

Et vidi quod
nihil melius esset
quam gaudere hominem

24